



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrorvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè
explicantur.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1647

De Defectibus in celebratione Missarum occurrentibus. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9500

COMMENTARIA IN RVBRICAS MISSALIS ROMANI.

PARS TERTIA.

De Defectibus in Celebratione Missarum occurrentibus. I.



SACERDOS celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne desit aliquid ex requisitis ad Sacramentum Eucharistiae consiciendum. Potest autem defectus contingere ex parte materiae consecrandae: & ex parte formae adhibendae: & ex parte ministri conscientis. Quicquid enim horum deficit, scilicet, materia debita, forma cum intentione, & Ordo Sacerdotalis in consciente, non consicitur Sacramentum. Et his existentibus, quibuscumque alijs deficientibus, veritas adest Sacramenti. Alij vero sunt defectus, qui in Missa celebratione occurrentes, etsi veritatem Sacramenti non impediunt, possunt tamen, aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

Optima est diuisio in defectus substantialiaes, & in accidentales. Substantialiaes in tribus contingunt, vel in materia, vel in forma, vel in intentione Ministri; quae tria sunt necessaria ad substantiam Sacramenti. Accedit verbum cum intentione ad elementum, & fit Sacramentum. Accidentales multi esse possunt, neque ad certum numerum reduci possunt.

Collegit hos defectus in Missa ex Sacris Theologis, & in Missalem librum, transtulit nescio quis, anno 1557. Venetijs impressum Pij vero Quinti, & Clementis Octavi auctoritate recognitum opus; quis ambigat, non prodixisse tandem numeris omnibus absolutum? adiecimus nonnulla ex modernis Theologis non contemnenda.

De defectibus materiae. II.

I Defectus ex parte materiae possunt contingere, si aliquid desit ex ijs, quae ad ipsam requirunt. Requiritur enim, ut sit panis triticeus, & vinum de vite: & ut huiusmodi materia consecranda in actu consecrationis a sit coram Sacerdote.

a. Sit coram Sacerdote. Certus terminos huius praesentiae a solo Christo designari potest ex Durando in 4. dist. 11. q. 6. nu. 6. & Palud. quaest. 1. artic. 3. a nobis autem

est moraliter dijudicandus, ex humano more, quo dicitur res praesens, & ex vsu Ecclesiae.

De